



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Clerico non ordinato ministrante. Tit XXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

gandum non sit dari posse tanquam possibiles varias minoris excommunicationis species, poruit tamen Ecclesia sub alio modo, & forma minorem excommunicationem instituere, illique hunc, vel illum effectum, vel plures hoc, vel illo casu tribuere, secundum tamen praesentem Ecclesiae usum certum est vnam tantum instituisse, illique vnum solum effectum tribuisse, scilicet quod a Sacramentorum separet perceptione, ut constat ex d. cap. 2. & d. cap. pen. cum similibus: quinimmo secundum antiquiorem Ecclesiae usum vnam tantum fuisse excommunicationem minorem, vnumque illius effectum probabilis est cum communis sententia, ut constat ex praetatis.

Neque obstant quae in contrarium adduximus, nam ad d. cap. ult. 3. quest. 4. respondet Archid. Turrec. Alexandrin. & alij communiter ibi, quod cum in Sacramentorum participatione fideles inter se fraternitatem contrahant, ut Deum patrem vocare possint, ut inquit text. in cap. ad mensam 11. quest. 3. qui per minorem excommunicationem ab hac Sacramentorum participatione separatur, recte etiam a fraterna societate dicitur separatus, unde etiam intelliguntur plura iura antiqua, vbi minor excommunicatio simpliciter excommunicatio dicitur cap. de presbyterorum, 17. q. 4. cap. Sacerdote, de consec. dist. 1. cum iam hodie de sola maiori intelligi hoc nomen, excommunicatio, simpliciter prolatum, decidat text. in cap. pen. de sentent. excomm. Cuius rei ratio est, quia in primitiva Ecclesia ardentior erat zelus charitatis, quae postea paulatim coepit frigidescere, ac subinde primis illis temporibus grauissimum reputabatur priuari sanctissimae Eucharistiae, & aliorum Sacramentorum perceptione, idcirco haec a Communicatione priuatus non immerito simpliciter excommunicatus illis temporibus dicebatur, ut ex aliis norant. Henricq. in sum. lib. 13. c. 2. §. 1.

Ab alia respondetur penas de quibus ibi, propriè censuras Ecclesiasticas non esse, neque ad excommunicationem strictè quae censura est posse reduci; & quod attinet ad d. cap. Episcopi, quo praecipue nititur Vgolin. patet, quia priuatio communionis reliquorum Episcoporum ibidem ad tempus certum praefectum, scilicet usque tempus synodi, sicut in cap. in loco, 5. quest. 4. fertur excommunicatio etiam ad tres dies, & cap. praesenti 5. quest. 7. ad vnum, vel duos, quod longè abest a propriæ censuræ ratione, quae esse noscitur ut minime ad tempus praefinitum durare debeat, sed tantum donec durauerit contumacia, cap. ex litteris, de constitut. Rursus in intrinseca censuræ ratione est quod priuet bono aliquo speciali, qua tale est, iuxta principia in materia censurarum, planè tam in d. cap. Episcopi, dum illi priuantur aliorum Episcoporum communione, quam in d. cap. 1. 34. dist. dum veneratorem à collegio non excommunicat, non priuantur isti bono aliquo spiritali; sed vel collegij, aut coepiscoporum communione circa negotia communia, qua ciuilibus communio est, ut bene sensit gloss. ult. in d. cap. 1. quod verò illi text. utatur verbo, excommunicatus, non inconuenit, ponitur enim ibi in generali significatione, quatenus significat, & idem importat ac exclusus, seu exterminatus.

Ad text. verò in cap. placuit, 18. dist. 10. dum non venientem ad synodum iubet Ecclesiae communione esse contentum, respondetur quod si prohibitio illa respectu aliarum Ecclesiarum censura est Ecclesiastica, magis reducitur ad interdictum quasi respectu earum sit prohibitus, inductus censetur; deinde verius esset eum gloss. ult. ibi, cui similis ult. in d. cap. praesenti, penam de qua ibi, censuram non esse, neque bono spiritali priuare, neque Sacramentorum, & diuinorum perceptione etiam in aliis Ecclesiis, solumque impedire ne

ille Episcopus, qui ad synodum venire contempsit, ad negotia communia cum aliis Episcopis admittatur, quod censuræ non conuenit, ex dictis. Quae conuenit in rigore verissima existimem, non tamen inferior valde probabile esse secundum antiquum Ecclesiae usum distingui posse duplicem illam minorem excommunicationis speciem, quam tradidit Vgolin. dist. loco, & ante eum Anan. in rubr. num. 4. & 5. lauarii, quamuis iam certum sit secundum praesentem Ecclesiae usum vnum tantum esse minoris excommunicationis modum, qui consistit in sola Sacramentorum perceptionis priuatione, iuxta d. cap. 2. ad cap. pen. & text. in praesenti.

Dimmodo non in contemptum, &c. [Notatur ad hoc, quod celebrare dicitur in contemptum Clauium, qui sciens se excommunicatum celebrat, ut per Malcan. de probat. conclus. 433. num. 3. vbi num. 1. dicit quod contemptus probatur ex coniecturis, & indicio quod sciens, vel prudens repugnat prohibitioni Superioris.

In gloss. Scienter. Hæc gloss. dum habet excommunicationem inhabilem esse ipso iure ad beneficium conferendum, & electionem de excommunicato factam non tenere, ac scienter eligentes excommunicatos minori excommunicatione ad beneficium priuatos esse eligendi potestate, reprobat à Mar. Alter d. dist. 4. cap. 5. lit. G.

De Clerico non ordinato ministrante.

TIT XXVIII



UPER hanc rubr. scriptum est Zlat Ioan. Andr. Anch. But. Panor. Mar. Soc. Durand. in breuiario iuris Canon. fol. 146. verso, Petrus de Rauenensi in compendio iuris Canon. Mart. Molart. in compend. Decret. fol. 191. Dan. Venator. in analyt. iuris Pontif. pag. 699. Goffred. & Hostiens. in summa huius tit. Alexand. Cassan. & Analt. Genes. in paratitlis ad quinque libros Decretal. Barthol. Cathergene in exposit. titulum iuris Canonici, 27. p. in analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. pag. 431. nouissime Ioan. Honor. lib. 5. summa in Decretal. comm. sub hoc tit.

S V M M A R I U M.

- 1 Clericus ministrans in pertinentibus ad Ordinem, qui non habet, deponendus est: & amplius non ordinandus.
- 2 Clericus non sacerdos etiam in extrema necessitate baptizans solemniter fit irregularis.
- 3 Diaconus solemniter ministrans Baptismum solum cum licentia Episcopi, vel Parochi, an fiat irregularis, ostenditur.
- 4 Irregularis fit clericus exercebans Ordinem, quem non habet, dummodo sciens, & seruis, & ex officio ministrat.
- 5 Baptizans laicum solemniter nullam irregularitatem currit.
- 6 Ordinis aliquem actum quando quis dicitur solemniter vel ex officio exercebans ostenditur.
- 7 Clericus non sacerdos aliquem seruis sacramentalium absoluens est irregularis.

CAP. Si quis baptizauerit. I.

Hormisdas.

Baptizans temere sine ordine, vel alia officia ordinis exercens, debet citi ab Ecclesia, & nonquam ordinari. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anch. Panormit. Marian. Socin. Viuian. in *rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 179.* Analoga in *compendio iuris Canon. pag. 702.* remissive Ximen. in *concord. part. 1. c. 1.* refertur ab Anton. Augustin. collect. 1. *Decretal. lib. 5. tit. 24. c. 1.*

Baptizauerit. [Nota Clericum non sacerdotem etiam in extrema necessitate baptizantem solemniter fieri irregularem, ut per Nauar. in *man. cap. 22. num. 7.* Gregor. de Valentia *tom. 4. disput. 4. quest. 2. princ. 1.* Soar. *tom. 3. quest. 71. art. 4. disput. 31. sect. 4.* Bonacin. de *Sacrament. disput. 2. quest. 2. puncto 4. n. 3.* & de *cenfur. disput. 7. quest. 3. part. 6. num. 5.* Aldret. de *religiosa disciplina tuenda lib. 2. cap. 21. num. 5.* Henric. in *summa lib. 2. de Baptismo cap. 29. §. 1. c. lib. 12. de irregul. cap. 6. §. 2.* ubi etiam tenet, quod dicitur solemniter baptizare, qui falso usurpans nomen Sacerdotis sic baptizat: nam exercet actum proprium sacerdotis, ut per citatos à Bonacin. d. *tract. de Sacramentis disput. 2. quest. 1. punct. 1. num. 2.* Vtrum verò Diaconus solemniter ministrans Baptismum, saltem cum licentia Episcopi, vel Parochi, fiat irregularis: questio est ad praesens institutum non contemnenda, in qua pars affirmatiua verior videtur, nam si minister solemnitatis, & ex officio est Sacerdotis, ut DD. communiter resoluunt iam Diaconus exercet officium, & actum sibi non competentem, ac per consequens intrat dispositio huius text. dum habet irregularem esse clericum ministrantem in pertinentibus ad Ordinem, quem non habet; quare Diaconus baptizantem solemniter de licentia, siue in susparochi irregularitatem incurtere teneatur Nauar. *consil. 1. c. 2. sub hoc tit. Marian. Antonin. vari. resolut. lib. 3. resolut. 16. num. 6.* Henric. *lib. 2. cap. 29. num. 1.* Chamerota de *Baptismo cap. 4. dub. 5.* Valer. Reginald. in *praxi fori poenit. lib. 2. cap. 6. num. 40.* & Bonac. locis supra citatis, licet idem Nauar. *consil. 70. sub. tit. de sententia excommunic. in antiq. alias 3. sub hoc tit. in nouiss. & Sayr. in floribus decis. lib. tit. de sententia excommunic. decis. 67.* teneant contrarium in foro fori, tamen si bene Nauar. opinio consideretur, non est fundata neque iure, neque auctoritate, & tandem nescit figere pedem, immo dicit eum in foro contentioso esse irregularem. Ad text. verò in *cap. Baptisma. de consecr. dist. 4.* respondetur in hoc tempore iam non esse in usu, ut Diaconus solemniter baptizet, cum ad sit copia Sacerdotum, vel responderi potest cum Mario Antonin. d. *num. 6. versum quia*, prout apud eum probari potest.

Exercuerit non ordinatus. Notatur ad hoc, quod irregularis sit clericus exercendo Ordinem, quem non habet, dummodo scienter, & serio, & ex officio ministrer, ut per Vgol. *tract. num. 1.* Soar. *tom. 5. disput. 11. sect. 3. num. 22.* Valer. Reginald. in *praxi fori poenit. lib. 30. num. 191. vers. sexta.* Bonacin. de *cenfur. disput. 7. quest. 3. punct. 6. num. 2.* Hanc tamen irregularitatem non incurrit laicus solemniter baptizans, quia text. in *praesenti*, de clerico loquitur, cum debet intelligi iuxta tit. sub quo ponitur, quia loquitur de Clerico non ordinato ministrante, ita Henric. *lib. 2. Baptismi. cap. 29. §. 1. prope finem.* Soar. d. *disput. 21. sect. 3. n. 22.* Sayr. d. *cap. 10. n. 6.* Valer. Reginald. d. *lib. 30. n. 192.* Bonac. *dist. punct. 6. n. 1. vers. dixi clericus.* Dicitur autem Barbof. *Collect. Tom. 111.*

tem quis actum aliquem Ordinis exercere solemniter, vel ex officio, quando actus talis est, ut ab alio non possit exerceri, quam ab eo, qui talem Ordinem habet: quando verò potest eodem modo ab alio exerceri, non dicitur exerceri solemniter, & ex officio; unde quando laicus inseruit Missam deferendo vireos ad Altare, illisque porrigendo Sacerdoti, non dicitur Ordinem Acolytatus exercere, eo quod hoc munus ex consuetudine possit non solum à Clericis praestari, sed etiam à laicis: Clericus verò nondum initiatus Ordine sacro canendo Epistolam cum manipulo, aut Euangelium cum Stola, dicitur canere solemniter, & Officio, ita ex aliis refert Bonacin. d. *puncto 6. n. 9.* Vnde cum quaereretur an Clericus excommunicatus incurrisset irregularitatem feruendo Sacerdoti celebranti Missam, fuit negativè responsum, ut refert Marius Antonin. *resolut. 16. num. 10.* ubi *num. 7. vers. secundum* refert fuisse resolutum Diaconum alba & stola indutum Aquam solemniter in Ecclesia ad fontem benedicentem esse irregularem, cum benedictio aquae & illius exorcismus spectet solum Ordinem sacerdotalem, de quo etiam Franc. Leo in *thesauro sacro eccl. 1. c. 6. n. 13.*

Ex quibus colliges Clericum nondum initiatum Sacerdotio, qui aliquem serio, & sacramentaliter absoluit, esse irregularem, ut tenent Nau. Sor. Vgol. Auil. & alij, quos refert & sequitur Bonac. d. *punct. 8. nota 4.* quibus adde Henric. in *summa lib. 6. de Poenit. cap. 2. §. 7. lit. H.* Aldret. de *Religiosa disciplina tuenda lib. 2. c. 19. n. 14.* Et quod laicus sic absolvens non fiat irregularis tenent Henric. loco proxime citato, & Sayr. d. *lib. 7. c. 10. n. 8.* Hodie ex constitutione Clementis VII. sub die 4. Decembris 1601. incipien. *Etsi alias*, habetur Confessionem sacramentalem audientes ad sacrum Presbyteratus Ordinem nondum promotos à iudicibus Sanctae Inquisitionis, vel locorum Ordinariis, tanquam Ecclesiae misericordiae indignos à foro Ecclesiastico abiciendos, & ab Ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerint, ritè degradatos, & statim Curiae seculari esse tradendos per iudices seculares debitè poenis plectendos, quam refert Quaranta in *summa Bullary. verbo Ordo, in fine.* & Fr. Emmanuel. *quest. regul. tom. 2. q. 25. ar. 2.* aduertit tantum esse casum S. Inquisitioni commissum, quando ille, qui sacro Presbyteratus ordine non est insignitus, Confessionem audit, & simul absolutionem impertitur: ille verò, qui ordine sacro Presbyteratus est insignitus, non committit crimen S. Inquisitioni subiectum si sine iurisdictione actuali confessiones audiat.

SUMMARIUM.

1. Diaconus Missam celebrans ad Sacerdotium non promouetur & à Diaconatu suspenditur sed in beneficio poterit ad tempus dispensari.
2. Missarum celebrationem nondum Presbyteri usurpauit, praesumentes quam penam incurrant ostenditur.
3. Clericum se dicens, & ingerens se attribus clericorum cum non sit, est falsarius & puniatur.
4. Episcopus dispensat cum Diacono, qui Missae sacrificium facit, ut in suo officio permaneat, & retineat beneficium.

CAP. Ex literis. II. & fin.

Urban.

Diaconus si Missam celebrat, non potest promoueri ad Sacerdotium, sed debet manere suus.


Q. spensus

spensus per duos, vel tres annos arbitrio Ordinarij, & misericorditer conceditur ei beneficium ne cogatur reuerti ad negotia seculi, sed interim curetur vt dignam penitentiam faciat, & melius esset si fieret Religiosus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Inno. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anchar. Panor. Marian. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 180. Alagona in compendio iuris Canonici pag. 70. remissive Ximen. p. 1. & 2. refertur ab Anton Augustin. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 2. & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. part. 50. cap. 62.

[Missarum celebrationem usurpare, &c.] Felice recordi. Clemens VIII. anno à Natiuitate Domini, 1601. sub die 4. Decembris per suam constitutionem incipien. Et scilicet, statuit deperditos, & nefarios homines ad sacrum Presbyteratus ordinem non promotos Missarum celebrationem usurpare præsumentes, non solum actus idololatriæ, saltum extrinsecæ, seu per externa & visibilia Religionis, & pietatis signa exercere, sed etiam quantum in ipsis est efficere, vt Christi fideles, qui credunt eos ordinatos esse, & ritè conficere Sacramentum Eucharistiæ, idololatriæ crimen ignoranter incurrant, putum videlicet panem, & vinum, & tanquam verum Christi Domini Corpus, & Sanem eisdem adorandum proponentes à iudicibus S. Inquisitionis, vel locorum ordinariis tanquam Ecclesiæ misericordiæ indignos à foro Ecclesiastico abiciendos, & ab ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerint, ritè degradatos, & statim Curia seculari tradendos per iudices seculares debitis pœnis plectendos: quam quidem Constitutionem refert Stephan. Quaranta in summa Bullarj verbo Ordo, in fine, & de materia agunt Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. quest. 27. art. 2. Aldret. de religiosa disciplina tuenda lib. 2. c. 20. n. 14.

Notatur etiam ad hoc, quod dicens se Clericum, & ingerens se actibus Clericorum, cum non sit, est falsarius, & punitur vt per Bernard. in pract. cap. 12. nu. 2. Auiles ad cap. 11. Prætorum, gloss. ult. num. 21. Petrus Gregorius lib. 4. partis. iuris lib. 4. tit. 4. cap. 1. Et falsitas probari potest recurriendo ad Matricem, si ex ea non constet esse descriptum in catalogo ordinatorum, quæ sit de omnibus ordinatis, ex traditis per Couar. practis cap. 19. vers. quarto, Menoch. reined. 4. adpiscenda num. 736. & de arbit. casu 187. num. 431.

[De beneficio autem misericorditer, &c.] Notatur ad hoc quod Episcopus dispensat eum Diacono, qui Missæ sacrificium fecit vt in suo officio permaneat, & retineat beneficium, quod habebat, vt Azor. institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 50. in fine vers. dispensat præterea. vbi etiam dicit gloss. hinc verbo Misericordiam, posse Episcopum dispensare, vt ad Sacerdotium promoueat: verum in irregularitate quam quis contraxit exercendo Ordines, quos non habebat, solum Summum Pontificem dispensare posse, vt ad altiorum promoueatur Ordinem, tenent Syluest. Vgolin. Collect. Sayr. & Auila, quos refert, & sequitur Bonacin. de censur. disp. 7. quest. 3. punct. 6. n. 10. quibus adde Valer. Reginald. in praxi sacri penitent. lib. 30. n. 26. vers. tertius. Si verò delictum sit occultum, tunc Episcopus dispensare poterit, vt alios suscipiat, per Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 6. vt aduertunt Bonacin. d. n. 20. in fine, Vgolin. de officio & potestate Episcopi cap. 57. 3. n. 2. vers. si etiam, ego ipse eodem tract. part. 2. aleg. 39. num. 43.



De Clerico per saltum promot.

TIT. XXIX.



UPER hanc tubr. scripserunt Zabar. Ioan. Andr. Anich. Butr. Panor. Marian. Soc. Durand. in breuario iuris Canonici fol. 146. verso, Petrus de Rauenno in compendio iuris Canon. Mart. Meliart. in epitome Decret. fol. 191. Dan. Venator. in analyt. methodicis iuris Pontif. pag. 699. Goffred. & Hotticuf, in summa huius tit. Alexand. Cassan. & Analt. Gerson in paratitulis ad quinque libros Decretal. Barthol. Cuthgena in exposit. titulum iuris Canonici, 2. p. in analytica postremi iuris ecclesiastici charact. pag. 412. nouissime Ioan. Honor. lib. 5. summa in Decretal. canones sub hoc tit.

De materia tit. vide Bernard. & Salzed. cap. 14. Henric. in summa lib. 13. c. 35. prope finem. Bonac. de censuris disp. 7. q. 3. puncto 4. n. 5. late Campanil. in dictionariis iuris Canonici rub. 10. cap. vnic. Mar. Alter. de censur. tit. 2. disp. 10. c. 5. & plures alios citatos per me de officio & potestate Episcopi p. 2. aleg. 47.

SVM MARIVM.

- 1 Presbyter de Subdiacono per saltum ignoranter factus post penitentiam in Diaconum ordinatur, & postea potest secum in Sacerdotio dispensari.
- 2 Clericus per saltum promotus non potest adiuuari.
- 3 Clericus per saltum promotus, an si irregularis ostendatur.
- 4 Credulitatis instam causam habet illud, quod dicitur fide dignis.
- 5 Episcopus ex legitima causa potest dispensare cum promotis per saltum si non ministraverint in Ordine, & cepto sine scienter, siue ignoranter fuerint promoti.
- 6 Ordinatus ante annos discretionis recipit characterem.
- 7 Ordinatus sacro ordine ante usum rationis non tenetur vi voti ad seruandam castitatem.
- 8 Ordinatus per saltum recipit characterem Ordinis si suscepti, sed non eius executionem.
- 9 Ordinem sacrum bene quia recipit etiam nullum habeat de minoribus.
- 10 Episcopalem Ordinem nullus recipere potest nisi sit legitime Sacerdos.

CAP. TUX. Vnic. Innocent. III.

QUI ignoranter de Subdiacono in Presbyter ordinatus Diaconatu, digna penitentia ei iniungi debet, quia ignorantia fuit crassa, seu negligentia, quæ potest in Diaconum ordinari debet, quia non intelligitur iteratum, quod factum esse nescitur, sed mox in sacerdotio ministrare possit, permittatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panor. Mar. Socin. Viuian. institution. lib. 5. iuris Pontif. pag. 180. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 703. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. Augustin. collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 13. cap. vnic.

Collige ex text. clericum per saltum promotum non posse ordinari, vt per Bernard. in pract. c. 24. n. 1. non fieri irregularem tenent Vgolin. de irregularitate cap. 39. §. 1. Valentia, tom. 4. disp. 18. q. 1. sub puncto 3. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 10. num. 30. Zetolin. prax. Episcopi.